Vinnitski donat alio

Vinnicska pbligat eidem.

jwanko winniczki, foro suo quovis proprio omisso et praesen-
tis iurisdictioni se incorporan. publice recognovit. Quia nobili
Paroczwinniczki Sedelnikowicz et eius successoribus, medietatem
omnium bonorum sortis in villa winniki consistens, cum omni iure
dominio proprietate, accessoribus et singulis attinentiis et per-
tinentiis fructibus proventibus utilitatibusque universis nil
excipiens in summa duodecim florenorum pecuniae sive ad festum
nativitatis domini proxime venturum obligavit et inscripsit
et in defectu praetum exemptionis extunc ad alium simile
festum nativitatis domini et sic de anno in annum annis sequentibus
usque ad exemptionem et summae persolutionem. Eam et ad-
mittens eidem iam exnunc in bona praefata realem nitrum cum actu-
ali et pacifica possessione per mentem terrarum quemcunque tene-
biturque praefata paraska cum suis successoribus quos secum super
omnibus bonis suis obligat et inscribit, eundem Procz winniczki
et eius successores in bonis praefatis, ab omni quavis impetitione
iuridica quarumlibet personarum tunc quando opus fuerit
tueri defendere evincere bonaque praefata unda et libera
facere. Sub vadio similis summae duodecim florenorum pecuniae
nihilominus praefata paraska se et suos successores super
omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem in sum-
ma ex his actis ad acta terrarum praemissarum ante decursum unius
anni transportare sub simili vadio duodecim florenorum pecuniae
pro quoquidem vadio seu vadiis praefata renunciantes cum
suis successoribus citata, extunc foro suo quovis proprio
omisso, coram castrensi capitaneali praemissarum officio in
praemissis citationis termino tanquam peremptorio stare parere re-
spondere ac pro praefato vadio seu vadiis, omnibus exce-
ptionibus, controversiis, praesertim, suspensionibus,
vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, motionibus
appellationibus earumque prosequutionibus, ad quietationem dilu-
tionem non petens poena trium marcarum et triplici poena, ac
aliis omnibus generaliter dillationibus iurisque remediis semotis
et in partem reiectis satisfacere cum suis successoribus tunc
quando opus fuerit tenebitur. Nulla praesertim terrestri in
praemissis obstante.

Gorski tti jaczimierski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus ca-
strensibus praemissarum nobilis petrus Gorski de Dembiczu
districtu pilsnensi, mente et corpore sanus existens, a terris
districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac forma
petenti recedens, praesenti vero castrensi praemissarum iurisdictioni
se successores ac bona sua omnia quae infrata tantum attinet in-
corporan. publice per expressumque recognovit. Quia ge-
neroso Andreae jaczimierski et eius successoribus centum vi-
ginti florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis certi veri et
liquidi debiti sive mutuatae pecuniae tenetur, praesentique

se et suos successores super omnibus bonis suis haereditariis et obli-
gatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis obligat et
inscribit, pro die et festo sancti joannis Baptistae proxime et
immediate venturo solvere realiterque circa acta praesentia
strenuo praemissarum reponere et relinquere. Sub vadio similis sum-
mae centum viginti florenorum pecuniae in defectu solutionis summae eiusdem
principalis pro tempore suprascripto ad solvendum succumbens et
in una summa capitalem et essentiale debitum ducentorum et quadra-
ginta florenorum pecuniae convertens. Extendeturque summa praefata
semel iuncta ducentorum et quadraginta florenorum pecuniae in et
super omnibus bonis ipsius petri Gorski, haereditariis et obli-
gatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post habitis. Nihi-
lominus praefatus Gorski se et suos successores super omnibus bonis
suis obligat et inscribit, praesentem in sum-ma ex his actis ad acta
quaerunque autentica regni polonicae ante decursum unius anni
transportare sub vadio summae ducentorum et quadraginta
florenorum pecuniae, pro quoquidem summa simul iuncta tum et vadio
sive ipse Gorski cum suis successoribus, eidem Andreae jaczimier-
ski vel eius posteris ad quodcunque iudicium seu officium regni
polonicae citare permiserit, extunc a terris dictis iuribusque
suis quibusvis propriis recedens, coram eodem iudicio seu officio
ad quod citabitur, in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare parere respondere ac pro praefata summa simul
iuncta seu vadio omnibus exceptionibus controversiis pro-
scriptionibus suspensionibus, vera vel simplici infirmitatibus
actione pro maiori, ad quietationem dillationem non petens motio-
nibus appellationibus earumque prosequutionibus, poena trium
marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dillationi-
bus iurisque remediis semotis et in partem reiectis satisfacere
cum suis successoribus tunc quando opus fuerit tenebitur. Nulla
praesertim terrestri in praemissis obstante.

Kulczicski obligat Kulczicska

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
nobilis jsnat vaginicz kulczicski, mente et corpore sanus
existens, foro suo quovis proprio omisso, et praesenti iuris-
dictioni se et successores incorporan. publice recognovit. Quia nobili
Anastasiae relictae olim nobilis Misko kulczicski et eius suc-
cessoribus bona sua vero medietatem omnium agrorum et pra-
torum in loco dicto na Horodiszczu in villa kulczicze consistens
cum omni iure dominio proprietate, ac eius omnibus et singu-
lis attinentiis pertinentiis utilitatibusque universis nil exce-
piens in summa duodecim florenorum pecuniae monetae polonicalis
sive ad festum nativitatis domini proximeventurum, et in de-
fectu praetum exemptionis ad alium simile festum et sic de anno
in annum annis sequentibus usque ad exemptionem obligavit
et inscripsit. Eam et admittens eidem iam exnunc in bona prae-
fata realem nitrum cum actuali et pacifica possessione per mini-